Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

primi quidem fregerunt crura: et
alterius qui crucifixus est cum eo
ad iesum autem cum venissent, ut
viderunt eum iam mortuum non fre
gerunt eius crura: sed unus mi
litum lancea latus eius aperuit,
et continuo exivit sanguis et aqua
et qui vidit testimonium phibuit:
et verum est testimonium eius. Et ille
scit quia vera dicit: ut et vos
credatis. Facta sunt enim hec ut
scriptura impleretur: Os non comi
nuetis ex eo. Et iterum alia scriptura
dicit. Videbunt in quem transfixerunt
post hec autem rogavit pilatum
ioseph ab arimathia eo quod esset
discipulus iesu: occultus autem
propter metum iudeorum: ut tolleret cor
pus iesu. Et permisit pilatus. Venit
ergo: et tulit corpus iesu. Venit
autem et nicodemus qui venerat
ad iesum nocte primum: ferens mix
turam myrre et aloes quasi libras
centum. Acceperunt ergo corpus
iesu: et ligaverunt eum linteis cum
aromatibus sicut mos est iudeis
sepelire. Erat autem in loco ubi cru
cifixus est hortus: et in horto mo
numentum novum in quo nondum quis
quam positus erat. Ibi ergo propter
parasceven iudeorum quia iuxta
erat monumentum posuerunt ihesum.

Una autem sabbati
maria magdalene venit
mane cum adhuc tenebre
essent ad monumentum: et vidit
lapidem sublatum a monumento.
Cucurrit ergo et venit ad simo
nem petrum: et ad alium discipulum
quem amabat ihesus. Et dicit illis
tulerunt dominum de monumento. et
nescimus ubi posuerunt eum. Exivit
ergo petrus et ille alius discipulus
et venerunt ad monumentum. Cur
rebant autem duo simul: et ille ali
us discipulus precurrit cito petro
et venit prius ad monumentum. Et
cum se inclinasset vidit posita lin
teamina non tamen introivit. Ve
nit ergo simon petrus sequens
eum: et introivit in monumentum
et vidit linteamina posita: et
sudarium quod fuerat super caput
eius non cum linteaminibus positum
sed separatim involutum in unum
locum. Tunc ergo introivit et ille
alius discipulus qui venerat
primus ad monumentum: et vidit
et credidit. Nondum enim sciebat
scripturam quia oportuit eum a
mortuis resurgere. Abierunt
ergo iterum discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monu
mentum foris plorans. Dum ergo
fleret inclinavit se et pro
spexit in monumentum. Et vidit
duos angelos in albis sedentes
unum ad caput. et unum ad pedes
ubi positum erat corpus iesu. Dicit
ergo illi. Mulier quid ploras?
Dicit eis. Quia tulerunt dominum
meum: et nescio ubi posuerunt eum
hec cum dixisset conversa est retro
sum: et vidit iesum stantem
et nesciebat quia iesus est. Dicit
ei iesus. Mulier quid ploras?
Quem queris. Illa existimans quia
ortulanus esset: dicit ei. Domi
ne si tu sustulisti eum dicito michi
ubi posuisti eum: et ego eum tollam.
Dicit ei iesus. Maria. Conversa
illa dicit ei. Rabboni: quod dicitur
magister. Dicit ei iesus. Noli
me tangere. Nondum enim ascendi
ad patrem meum. Vade autem ad
fratres meos: et dic eis. Asce
do ad patrem meum et patrem
vestrum: et deum meum et deum
vestrum. Venit maria magdale
ne annuncians discipulis quia vi
di dominum: et hec dixit michi.
Cum ergo sero esset die illo.